

Band VII., Nr. 2570, Seite 426-427

Der Freie Belrein von Weißenstein verkauft dem Kloster Maulbronn seinen gesamten Grundbesitz in Zaisenhausen, sowie ein Drittel des Zehnten nebst seinen Eigenleuten daselbst und deren Verwandten zwischen Maulbronn und Zaisenhausen um 255 Pfund Heller.

Ohne Ortsangabe, 1276. Februar 25.

Universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis Belrainus vir libere condicionis de Wizenstein subscriptis fidem credulam adhibere. Actiones hominum exsufflari possunt ex facili nec non ea, que mundus ordinat, sepe delet successus temporum, nisi firmo firmentur karaktere litterarum. Eapropter notum cupio fieri universis dilucide protestando, quod curiam meam sitam in villa Zeizenhusen et tertiam partem decime maioris et minoris ibidem vineam prata et quosdam agros censuales nec non omnia bona, que possideo et possedi in eadem villa Zeizenhusen et in terminis ipsius, sive sint culta vel inculta quesita vel inquisita, que vulgari vocabulo nuncupantur gesûth et ungesûth, cum omnibus hominibus utriusque sexus, quos habeo in eadem villa, et preterea omnes homines alios utriusque sexus, qui sunt de parentela dictorum meorum hominum de Zeizenhusen, qui dicuntur vulgariter ganerben et habent residentiam citra Salzam, hoc est de Mulenbrunne versus Zeizenhusen, venerabili Hildebrando abbati et conventui de Mulenbrunne Cisterciensis ordinis Spirensis diocesis vendidi de consensu heredum meorum pro ducentis et quinquaginta et quinque libris Hallensium, quam pecuniam ab eisdem me fateor totaliter recepisse in meram proprietatem et iusto proprietatis tytulo a predicto monasterio de Mulenbrunne perpetuo possidenda. Ad hec renuntio penitus omni iuri et actioni seu exceptioni qualibet, que in duobus molendinis apud Zeizenhusen, que Heinricus, Albertus et Marquardus de Zeizenhusen a domino Bertoldo fratre meo et a me tenerunt in feodo et que ab ipsis idem frater meus de consensu meo iusto emptionis tytulo comparavit et donavit dicto monasterio de Mulenbrunne in simplicem elemosinam atque puram, michi et meis heredibus competebant vel quasi competere videbantur. Excipio et excepi tamen Gerlacum et sororem ipsius in numero predictorum meorum hominum in Zeizenhusen, quia ipsos michi duxi specialiter reservandos. Testes huius rei sunt: C[unradus] de Lomersheim, C[unradus] de Enzeberg senior, H[einricus] de Hohennievern, L[iutfridus] de Flehingen, Ber[toldus] et M[arquardus] de Fro,,denstein, D[ietericus] de Rieche, Her. Schertelingen, Cunradus plebanus de Phorzein et alii quam plures. In istorum etiam evidentiam atque robur

II

sigilla meum et dicti C(unradi) de Enzeberg presentibus sunt appensa.

 Actum anno domini MCCLXXVI., Mathie apostoli.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Zwei Siegel: 1) Das Siegel des Belrein von Weißenstein, nahezu dreieckig, 54, 45 mm (IV. A. 1.): Dreimal geteilter Schild; von der Umschrift erhalten: LREI . DE . WI. 2) Das Siegel des Konrad von Enzberg, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1821 (WUB, Bd. VI, S. 217).

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 502 U 843

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Dillweißenstein : Pforzheim PF
 Dillweißenstein Wohnplatz (6702)
 Enzberg Wohnplatz (7061)
 Enzberg, Mühlacker, PF
 Flehingen Wohnplatz (5410)
 Flehingen, Oberderdingen, KA
 Freudenstein Wohnplatz (7034)
 Freudenstein, Knittlingen, PF
 Innenstadt Wohnplatz (6718)
 Innenstadt, Pforzheim, PF
 Lomersheim Wohnplatz (7065)
 Lomersheim, Mühlacker, PF
 Maulbronn Wohnplatz (7043)
 Maulbronn, PF
 Niefern : Niefern-Öschelbronn PF
 Niefern Wohnplatz (7091)
 Richen Wohnplatz (1927)
 Richen, Eppingen, HN
 Speyer, SP
 Zaisenhausen Wohnplatz (5494)
 Zaisenhausen, KA